

V  
2  
5353





Qk. 190.  
Qk. 190. 46



Q. D. B. V.

DISSERTATIONE MORALI

# LUTHERUM HEROEM,

ANNUENTE DIVINI NUMINIS GRATIA,

In Celeberrimâ Leucori,

PRÆSIDE

VIRO PRÆCELLENTE AC PRÆCLARISSIMO

DNO.

## M. JOHANNES WOLFIO,

Ordinis Philosophici Adj. dignissimo,

Præceptore atq; Contubernale suo longè

æstumatisimo,

Placidæ Συμφιλοσοφόντων limæ publicè submitter

### JOHANNES JUSTUS Seeger/

Lauenb. Saxo, Phil. & S. S. Theologiæ Stud.

IN AUDITORIO MAJORI,

Ad d. Maji. ANNO O. R. clb Ibc LXXX.



WITTENBERGÆ.

Typis JOHANNIS WILCKII.







ΣΥΡ Τῆ ΘΙΥ ΤΑΛΔΜΑ

§ I.



*R*erum Heroum plerumq; vel in Scripturâ S. vel in privatorum hominum sermonibus atq; Scriptis, *anticipatum ac prædictum fuisse*, avidus rerum quarumcunq; scrutator, dubio procul, vel percepit, vel sine difficultate adsequetur *Lutheri Herois*, de quô hanc tractationem, *Argumentum omni Lutheranò Homine, & in primis Studioſo Theologia dignum, suscipiò, vitæ singulares perquirens rationes, deprehendo*, eam nec paginam fugisse sacram, nec, personâ ignotâ, omnes ex ordine latuisse, veritatis, uti in aliis sic etiam hâc in parte studiosos, humanos Vates, Illam nunc consûlere hæret animus meritò: Hos audire placet, non quod ignotos, tales enim ignorari nequeunt, adducturus sim; sed quod, vera me dixisse, facile sim impetraturus.

§. 2. Si placet *Bernhardum Mornalensem ex Cluniacensium ordine Monachum adducam, qui lib. 3. de Cont. Mundi Edit. ab Eilbard. Lubin. A. 1607. adorn. testante etiam B. Gerb. Tom. 1. Conf. Cathol. p. 136. contra impietates ac nequitias papales sic canit:*

*Fas mihi scribere, fas mihi dicere, Roma peristi,  
Obruta mœnibus, obruta moribus occubuiſti.  
Urbs ruis inclyta, tam modò subdita, quàm prius alta,  
Quo prius altior, hoc modo pressior, & labefacta.  
Fas mihi scribere, fas mihi dicere, Roma ruiſti:  
Sunt tua mœnia vociferantia, Roma peristi!*

§. 3. Hunc, sermone proſo gemina nectens, excipiat *Honorius Augustodunensis; Ecclesiæ presbyter ac Scholasticus, qui circa A. C. 1120. vixit, cujus verba, lectu digna, consignata reperies, apud Honor. Di. il. ad calcem 2. T. Auctarii Biblioth. P. P. edit. Paris. A. 1610. & B. Gerb. Conf. Cathol. T. 1. p. 98. Alvarus Pelagius Episcopus Sylvensis, auram spirans*



*A. C. 1320. Lib. 2. de Planctu Ecclesie Art. 15. telam inceptam acerbè persequitur, non abnuente Francisco Petrarcha, Canonico Batavino floren. circa A. C. 1339. Vid T. 3. de recepta Laurea Ep. 5. p. 1254. Edit. Basile. 1554. B. Osiand. Cent. 14. Hist. Eccl. p. 421. Qui plures ejusmodi vult evolvere querelas, responsa adeat S. Rom. Imp. Ordin. in Comit. Norimb. A. 1542. Francisco Cheregato, Fabrianensi Episcopo, Adriani 6. Pontif. Rom. Legato data, apud Hortled. Francof. Goldasti Collect. Const. Imp. T. 1. f. 15. 150. 217. 420. 447. &c. Edit. Francof. Job. Wolf. 3 Cti Lectio- num memorabil. Centenar. XVI. duobus Tom. comprehensos, Edit. Fran- cof. Histor. Platinae de Vitis Pontif. Rom. cum supplemento Onuphrii Panvini, & Antony Cicarella usq; ad Paulum V. edit. Col. in 4. Theodo- rici à Niem Episcopi Verdens. Hist. sui temp. ejusdemq; Contin. Edit. Francof. in 4. Nic. de Clemarg. L. de corrupto Eccl. Stat. Edit. Helmst. in 8. alios, inveniet, in quibus multum temporis perdat.*

*§. 3. Inde exorti plures, qui postquam detestati essent tantas in doctrinâ ac vitâ turpitudines, & Repurgatorem, nomine solum sup- presso, digitis veluti ostenderent. Prodeat doctrina pariter, famâ, sin- ceritate, & martyrio olim nobilis insignis Dei Confessor, Johannes Huss, qui dogmatibus Rom. impiis Zelo intrepido resistens, eandemq; ad veritatis Evangelicæ æquilibrium appendens, vocatus propterea, con- cessa ab Imperatore Sigismundo, inmunitate, in Concilium Constantiense A. 1414. cedereq; veritati nolens, fractâ à Monachis fide, d. 8. Jul. seq. Ann. ad rogam damnatus, vaticinium tale ante mortem de Luthero edi- dit: Macti, mactate, urite, exossate nunc Anserem (ad Bohem. respiciens fontem) aderit vobis, annis abhinc C. Cygnus, cujus vocem invitâ audire tenebimini, ad quem comburendum universa vestra potentia, quanta sit, sufficere nunquam poterit. Confer. B. Luther. T. 1. Jen. f. 341. b. & T. 5. f. 559, a. Matthes. Conc. 1. de Luth. p. 4. a. Jt. in der Berg Postillen f. 85. a. it. Conc. 14. de Luth. p. 198. a. B. Osiandr. Hist. Eccl. Cent. 15. p. 470. B. Gerb. Conf. Cathol. T. 1. p. 149. Quicquid excipiunt Pontificii, Gretf. Comm. de duobus numm. p. 43. Pistor. Epist. 3. ad Papp. menda- sium redolet, satis refutatum à B. Gerb. Conf. Cath. T. . C. 5. p. 150. a. huic accedentibus Joh. Stumpf. Chron. Helvet. Job. Wolff. T. 2. Lect. Me- mor. Cent. 16. p. 863.*

*§. 4. Notus est Andr. PROLES Lips. Theol. D. Augustin. Pro- vincialis*

vincialis, qui A. sup. Sec. 12. inter praelegendum dicere fuit solitus: O Fratres, res Christiana opus habet forti & magnam reformatione, quam quidem jam propè instare video, vid. B. Gerb. Conf. Cath. T. 1. p. 108. Dress. Müllen. 6. p. 40. B. Osiandr. H. E. C. 16. p. 14. quærentibus, cur tale quid ipse non sustineret? ætatem, doctrinam exiguam, ac debiles prætendens vires, respondit: *Excitabit Deus HEROEM* ætate, viribus, industriâ, doctrinâ, ingenio & Eloquentiâ præstantem, qui reformationem incipiet, erroribusq; se opponet, ei Deus animum dabit, ut Magnatibus contradicere ausit, & ipsius Ministerium salutare, Dei Beneficio, comperietis. Similia prædixere Hyeronimus Savanorola, Monachus Domin. vid. B. Os. Cent. 16. p. 15. ex Naucl. & Balæo cong. Johannes Hilten, monachus Isnacens. cuius etiam honorificè meminit, Apol. A. C. p. 226. Conf. B. Hunn. T. 2. Op. f. 1289. B. Os. Cent. 16. p. 14. Job. Geil. Keifersberg. Concion. Argentin. qui d. 10. Mart. A. sup. Sec. 10. obiit, vid. B. Hunn. T. 2. op. f. 1290. Dress. Mill. 6. p. 39. D. Flek, Conc. Betterfeld. qui Wittebergensem hanc Academ. FRIDERICI Sapientis auspiciis Concione publicâ initiâ, vaticinatio Spiritu de hoc albo monte dixit; Orbem Christianum Sapientiam inde esse accepturum. vid. B. Gerb. Conf. Cath. cit. T. 1. p. 152. & c.

§. 5. Non fefellit res in B. Luthero, Germaniæ universæ Prophetâ, Ecclesiarum sinceriorum Evangelistâ, ac Reformationis mirandæ Herœ, longè fortissimò. Incumbet itaq; nobis, ea, quæ ad obtinendum susceptum argumentum faciunt, ut sollicitè exponamus. Ac à vitæ integritate quidem puritatem doctrinæ non appendimus, demonstrante illud adhibitis è Scripturâ S. haud exiguis exemplis, Dn. D. Job. Mullero in Luth. defens. Cap. 1. n. 3. p. 4. seqq: Heros tamen (pariter ut magnanimus, ob rationes omnibus Moralistis, sine ullâ ferè exceptione, probatas) cum nunquam sit homo impius ac vitiosus; vid. Excell. Rudrauf. Inst. Eth. P. 3. Cap. 13. Axiom. 9. p. m. 378. ex eò Weiss. Comp. Eth. Disp. 14. P. 2. Ax. 11. p. m. 20. Virtus licet heroica quandoq; in ipsos cadat Spurios, probantibus rem prolixè ex Scripturâ & aliis rationibus. Rudrauf. l. d. Qv. 4. p. 370. Wendel. Philos. Mor. Lib. 1. de R. V. Cap. 3. q. 7. p. m. 179. aliis: ostendam facilè ac evincam præter Natales honestissimos (qui ad minimum Heroi summo sunt decori) Vitam B. Lutheri, in quantum Herois, neq; enim ab omnibus profus vitiis, per totam vitam, immunem colloco, in omnibus benè rectèq; habuisse, breviter tamen ac carptim & quantum scopus intentus requiret.

§. 6. Plures, attestante non modò Codice S. verùm subscri-  
 bentibus quoq; historiis profanis, in Heröes excrescere, siville gratiam  
 Coeli, ut extraordinarium impulsu magis ostenderet, *quos natiuitas  
 non fecerat illustres*, demonstratione non indiget, eandem fortunam  
 suscipiente, de qvò nunc agimus, *B. nostrò Megalandro*; Mense No-  
 vembr. d. X. A. M. CCCCLXXXIII. *Islebi*, Comitatus Mansfeld.  
 Metropoleos, natus; Parentes nactus, fortunæ quidem sinisterioris  
 Cultores, integros tamen, probatæq; vitæ ac pietatis; Patrem, *Johan-  
 nem Lutherum*. Matrem *Margaretam*, *Lindemannia Gente oriundam,  
 Isenaco educatam prope Schmalkaldiam*, in Pago *More*, natam *did.  
 Matthes. Conc. 1. de Luth. p. 2. 6.* primùm Agrorum culturæ, honestæ  
 sanè, ipsis etiam Patriarchis probatæ, deditos, postmodum *Islebium*  
 commigrantes, *fodinis metallicis*, in summò tunc flore constitutis,  
*operam suam navantes*. Confer. magnæ apud Pontif. autoritatis  
*Schleid. Lib. 16. f. 355. Lutherus ipse Tom. 1. Epist. Epist. 139. ad Spalat.  
 p. 227. It. ad eundem Spalat. f. 341. a. b. It. Epist. 143. ad Job. Langum.  
 Matthes. Conc. 1. de Luth. p. 1. seq. melch. Adam. in vitâ Theol. p. 101.  
 D. mull. Luth. def. Cap. 1. p. 6. 7. Dn. D. Strauch. Sleid. Cont. p. 4.  
 Append. Tom. IX. Altenb. p. 1561.*

§. 7. Impudica igitur mendacia sunt (ut gravius nil dicam)  
 quibus non modo Patria Lutheri *Bohemia* confingitur, de qvò *D. Luth.  
 ipse ad Langum Epist. cit. Lipsienses me Bohemum natum*, tantâ fide  
*sparserunt, ut Aulas principum permoverint*: Sed Pater etiam illius,  
 extremâ prorsus impietate, dixerim blasphemiam, *Diabolus incarnatus*,  
*vid. Job. Naso in Centur. Evang. verit. Genebrard. in Chron. Lib. 4.  
 p. 1105. Gretj. Lutber. Acad. Cap. 26. p. 298.* rem habens cum servâ  
 (Matre) in balneis publicis, quippe ad eadem conductâ, *ordinarios con-  
 suetosq; labores præstante. Conf. Serar. Cap. 6. in Tob. qv. 4. aut velut  
 personatus ac confictus mercator, Witteberge Filie cujusdam civis, nul-  
 lam, quod non possint, determinant, accumbens, Lutherumq; generans.  
 Conf. Job. Wierum de præst. Dem. Lib. 3. Cap. 23.*

§. 8. Ex dictis, horrenda esse illa mendacia, apparet, quæ adeò,  
 ut ulterius refutem, non est. Ipsi Pontificii suspectos se reddunt, quod  
 tale quid convitiatorum in B. Lutherum, cum aliàs mites adeò erga ipsū  
 non essent, eò adhuc superstite, non conjecerint, non ignari penitus,  
 & diutius vixisse Parentes Lutheri, sub hâc ratione tunc in dubium vo-  
 catos



catos nunquam, & ad ipsos Lutherum sæpius scripsisse *vid. Tom. 2. Lat. Jenens. f. 504. It. Tom. 5. Jen. Germ. p. 12. 13.* in quò exstant literæ, quas ad ægrum suum scrip sit Patrem, quæsitâq; veniâ, quod accedere, ac filialem suum amorem contestari non posset, iis erigere ac solari ipsum sustinuit. *Conf. Tom. id. f. 329.* qui literas ad Matrem, similis argumenti A. 1531. conscriptas continet. Scilicet quomodo vivis exemplis refutari possent, benè percipientes, differre mendacia voluerunt, ut vel aliquam inde veritatis speciem acciperent; Et, si ita est, quis malus genius ad unum omnes Pontificios fascinavit, ut talem ad hujusmodi honores ac munera eveherent? *Vid. l. d. Mull.*

§. 9. Sacra Islebii lavatus undâ B. Lutherus, ipsò Martini die, ad ædes S. Petri, *vid. Matthes. Conc. cit. 1. p. 1.* Ipse Lutherus ad Georg. Spalat. *Epist. cit. Ego natus sum Islebii, ait, baptisatusq; apud S. Petrum ibidem; ulnis paternis advectus, Mansfeldiæ curæ Ludimoderatoris Georgii Æmilii mox traditus est, vid. Tom. 1. Altenb. t. 341.* Annum hic attingens ætatis 14. ope Dn. Johannis Reineccii Magdeburgum commigravit eorum ope vivens, quorum aures Ecclesiasticis cantionibus ostiatim cum aliis demulcebat; *vid. Tom. cit. & Melch. Adami in vit. Theolog. & Tom. 2. Alt. f. 159. a.* Elapso Anno, *vid. Ep. ad Spal. 139. p. 229,* motus benignitate Parentelæ, *Isenacum petiit,* eâdem initiò sorte contentus, mox gratiam piæ matronæ expertus, de ejus quadrâ liberaliter vixit; *vid. Matth. Conc. 1. de Luth. p. 3.* Superatis hîc per 4. Ann. *Grammaticâ ac Rhetoricâ,* ita ut in stylo inter commilitones non agnosceret æqualem, consilio Parentum *Academiam Erfurdiensem A. 1501.* est ingressus; *vid. denuo Tom. cit.* In eâdem Studiosi solertis munia impigrè suscipiens, id brevi effecit tempore, *ut A. 1505. Ætatis 22. gradum ac Privilegia Magisterialia ritè impetraret, vires postea exerens in prælegendis, Physicâ, Ethicâ, reliquisq; Philosophiæ Peripateticæ partibus.*

§. 10. Ab hoc tempore in Monasteriò Erfurdienfi reliquam vitam peragens usq; ad Wittebergam *vid. Epist. ad Spalat. 139. juri discendo se dedit;* morte autem focii fortè, ac tonitru vehementiori perterrefactus, voto, si terror esset frustraneus, factò, mutavit consiliū, *Oraculisq; sanctis investigandis, animum suum sanctè obstrinxit,* eligens in hunc finem *Monasterium Augustinianum,* inq; eò *Augustanus Monachus cluens,* ægre ferente suo Parente, quod constat ex præfat. *L. de*

*de votis monast. Tom. 1. f. 886. a. Ann. 1507. Domin. Cant. receptis Ce-  
remoniis, concessa potestate sacrificandi pro vivis & mortuis, initiatus,  
paulo post sacificationibus studuit, velut testantur. Tom. 5. Altenb. f.  
209. a. & T. 1. Ep. n. 1. p. 3. Cujus suæ vocationis specialis (generalem  
mittò, cum huc parùm faciat) meminit Tom. 5. Jenens. G. f. 91. a. It. f.  
157. b. It. f. 361. b. It. f. 492. b. Tom. 6. f. 58. a. b. Quæ hic urgent Ponti-  
ficii Tann. Diopt. Lib. 2. q. 4. C. 27. p. 589. seq. in Badischer Motiv. 5.  
p. 331. Studenten Gespräch. 2. lit. C. 1. f. a. solidè ab Hunn. sunt discuf-  
sa à p. 170---186. mutatò hic substitutòq; Augustini nomine vid. Tom.  
9. Altenb. f. 1103. b. Ann. 1508. à D. Johanne Staupitio. Vicario Gen.  
Wittebergam accitus, Theologie Professor constitutus est, vid. Spargenb.  
Adels. P. 2. f. 88. ubi Theologiam sic aggressus, ut Martinus Meller-  
stad. f. & M. Doctor publicè de ipsò testaretur; Monachum hunc omnes  
reliquos turbaturum, novamq; purificatam scilicet, doctrinam prola-  
turum, quod Sacra Scriptura firmissimè semper innitatur, nec ullis so-  
phisticationibus abduci se patiat. Vid. Matthes. l. c. p. 6. a.*

§. II. Quid verò Professio Theologica importet, notum omni-  
bus est, nimirum in Capitibus fidei juventutem fideliter erudire;  
Scripturam ad mentem Sp. S. exponere, & à corruptelis omnibus in-  
tegram adserere. Hanc accuratè semper attendens B. Lutherus in sui  
defensionem contra R. Pontificem semper eam urfit. Conf. Tom. 1. f.  
Germ. f. 57. a. & sic, quamvis Acharonta ferè moverit, contra omnes  
Veritatis hostes etiam Papam pugnavit constantissimè ad vitæ usq;  
terminum ultimum. Conf. B. Hunn. l. c. C. 9. p. 221. seq.

§. 12. Hac Spartâ fungens A. 1510. Wittebergâ, in perorandis  
conventus universi causis, Romam ablegatus est, quid illic fecerit, re-  
citat T. 5. Altenb. f. 251. b. Inde reversum D. Staupitius (hoc enim jam  
tertium est Vocationis suæ momentum) consensu universi conven-  
tus, ut gradum Doctoris sibi deputatum reciperet. rogavit, (in horto,  
quam hodiè Medicorum vocant) repugnanti, ob literarum viriumq;  
præcipuè corporis debilitatem, Luthero, idem ille institit verbis ner-  
vosis & Spiritu Prophetico prolatis, vid. B. Matthes. Conc. cit. 1. p. 6.  
b. & D. Gerhard Tom. 1. Conf. Cath. p. 153. b. Annuens igitur eâ, quâ  
par erat, modestia A. 1512. Brabentâ D. Andreâ Bodenstein, aliàs Ca-  
rolstadio dicto, gradum Doctoris sibi conferrî passus est; vid. D. Heinr.  
in Art. Visitat. Diss. 1. §. 13. & ipse Lutherus Tom. 5. Altenb. f. f. 559.  
sumpt

sumptus faciente Electore FRIDERICO gloriosiss. Record. vid. Lu-  
 th. Tom. 6. Altenb. f. 186. præstitoq; juramento; Ego R. Juro Domi-  
 no Decano & Magistris Facultatis Theologiae obedientiam & reve-  
 rentiam debitam, & in quocunq; statu utilitatem universitatis &  
 maximè Facultatis Theologicae, pro virili meâ procurabo & omnes Actus  
 Theologicos exercebo, in mitrâ (nisi fuerit religiosus) *vanas pere-*  
*grinas doctrinas, ab Ecclesiâ damnatas, & piarum aurium offensivas,*  
*non dogmatifabo, sed dogmatifantem Dn. Decano denunciabo intra*  
*octendium, & manutenebo consuetudines, libertates & privilegia The-*  
*ologicae Facultatis pro virili meâ, ut me Deus adjuvet, & Sanctorum*  
*Evangeliorum Conditores (Et si fuerit Biblicus interferat) & stabo*  
*integrum Annum in Bibliâ (nisi fuerit religiosus, cui semestre depu-*  
*tamus) & singulis annis semel ordinariè resopndebo, & Decano ju-*  
*bente sermonem faciam ad Clerum, & quidem ultra Caput lectiona-*  
*tim non absolvam [ si fuerit sententionarius ] & quemlibet librum so-*  
*lenniter auspicabor, præmissâ Oratione commendatitia sacrae, nec*  
*non quæstione correspondente materiae libri mei, & tertium non in-*  
*cipiam, nisi prius petierim pro formaturâ, & publicè locò examinis*  
*responderim & etiam duobus Ann. in sententiis perseverabo; (Si fu-*  
*erit Licentiatus) Juro etiam. Rom. Ecclesie obedientiam & procurabo*  
*pacem inter Magistros & Scholasticos seculares, & religiosos, & pire-*  
*thum in nullo aliò Gymnasio recipiam. vid. Lib. Statut. Fac. Theol.*  
*Acad. Witteb. C. 7. Ad hoc juramentum toties provocavit Lutherus*  
*in omnibus adversitatibus. vid. Tom. 1. Jen. Germ. f. 281. a. it. f. 340. a.*  
*Tom. 5. f. 157. it. f. 320. b. It. f. 361. b. 492. b. T. 6. f. 14. a.*

§. 13. Ceterum diffiteri non possum, hoc juramentum *contra-*  
*dictoria continere*, prout quidem ad veritatis coelestis unice appendi-  
 tur lancem, & cum Pontificiorum corruptâ doctrinâ simul confertur.  
 Vid. B. Ric. Hunn. In offenbahren Beweis / daß D. Mart. Luth. zu  
 des Bâpsthums Reformat. rechtmâßig beruffen sey; Cap. 8. p. 206.  
*Neg; tamen ideo ad utrumq; comprehensum obligat Lutherum, vel, dum*  
*alterum non servat, juramentum violat.* In juramento sane, quod duo  
 inter se pugnantia continet, (quamvis primâ fronte, â quovis non  
 intelligantur, vel â Luthero, tùm intellecta fuerint) utrumq; servari  
 non potest, sed illud quod verbo Dei voluntatiq; congruum divinae e-  
 ligendum, neglecto eò, quod cum div. voluntate a. dilectione proximi

B

pugnanti

pugnant, absq; omni juramenti violatione, vid. 2. Decret. Pap. tit. 24. cap. 16. venient. Gloss. casus 3. Decret. T. 11. C. 1. cum Glossa. Cas. 1. Decret. T. 3. C. 13. dilecti filii Gloss. juramenti 2. decret. tit. 24. cap. 17. sicut nostris gloss. Cas. 2. Decret. T. 2. c. 12. si diligenti. gloss. Casus. gloss. juramentum It. Tit. 28. cap. 20. ad hæc gloss. appellant. Hinc adeò nec peccat, qvi illius, qvòd illicitum erat, contrarium melius scilicet, & magis pium efficit. vid. B. Hunn. l. c. p. 211.

§. 14. Patet hinc mendacia & calumnias esse, dum Pontificii urgent (1) Lutherum Contemptui exposuisse Doctòratum suum ex T. 2. Jen. lat. f. 36; & sic per eum ad reformationem non vocatum esse Gretf. Luth. Acad. cap. 2. p. 4. 12. (2) Doctòratum Lutheri signum tantum doctrinae, non vocationis ad reformandum esse Tanner. Diopt. L. 2. qv. 4. c. 87. p. 596. seq. cum hoc pugnet cum ipsâ Doctòris expositione à Gretf. tentata Luth. Acad. cap. 23. p. 26. (3) Lutherum tantum per juramentum promissis se religionem Pontificiam promovere, non contra eam pugnare Tann. Diopr. Lib. 2. q. 4. c. 27. p. 597. seq. (4) Detractum iterum Luthero esse Doctòratum tum per Papam A. sup. Sec. 20. tum Bannum Caesaris A. 21. vid. Badische Motiv. 5. p. 332. Studenten. Gespräch. cap. 1. Hic observ. in Doctòratu duo contineri, obstrictio, juramento Deo & Ecclesiæ facta, & privilegia quædam ac externæ dignitates. Priorem & nullus homo, ita nec Papa, vel summus Imperator solvere potest. Quâ posterius; esto, mansit tamen, quam infringere inde tentant, ejusdem vocatio & obligatio, Deo facta; Vid. B. Hunn. l. c. p. 26. seqq. (5) Lutherum ipsum Doctòrali dignitate exutam se professum esse T. 2. Jen G. f. 106. b. & inde admodum perterritum Studenten. Gespräch 2. lit. c. 1. a. Nam. (1) & si non sit, esto tamen, quid inde? Ergone liber est ab obligatione, quâ Deo propter juramentum obstringebatur? [2] Tom. cit. gradum doctòralem non penitus, sed extrinsecum splendorem sibi saltem subtractum esse commemorat, quem etiam veluti signum Romanæ bestiaè parùm admodum curet. Vid. B. Hunn. l. c. p. 220.

§. 15. Hactenus de vocationibus tribus Lutheri specialibus, [quæ in Papatu quidem à Pontificiis contigerunt; Luthero tm. ab Ecclesiâ istâ) propter manifestos errores deficiente, non sunt facta irrita, quicquid insulsè putent Helfr. Ulr. Hunn. Arg. 6. p. 211. Tann. Diopr. L. 2. qv. 4. c. 27. Bec. Man. Lib. 1. c. 12. Motiv. Bad. 5. p. 332. Fr. Petrach. Al-  
bericus

*bericus de Rosate Bernhardus ad Eugen. Gretf. Luth. Acad. p. 302. vid. D. Mull. l. c. C. 3. p. 40. seqq.* in quibus divini quid, magis quam aliàs fieri solet, occurrisse, nemo in dubium vocabit, qui altius singula meditatur secum. Quorsum quæso terror spectat & tonitru, quibus studio juris avocatus & S. Theologiæ consecratus, non aliâ ferè ratione, quam Paulo aliquando contigit. Act. 9. 3. seqq. Quorum in arenis istis juvenilibus Muneris sacrificandi oblatio? Quorsum collata publica professio Theologica? Quorsum iter Wittebergâ Romam susceptum, reliquis conventus membris, in majore sanè tunc autoritate constitutis, insuper habitis, ac honores doctorales invito quoq; obtrusi? *Manus Dei ac fuit, non quidem omnia media negligens, speciali tamen ratione se exercens.*

§. 16. Impetus quidam Virtutem Heroicam in primis commendat. *Conf. moralistas.* Quid de *Luthero* dicam? Si facta, quæ vocacionem dignè exceperunt respicio, impetum deprehendo divinum profusus ac extraordinarium. Ut enim taceam Lutherum à primis statim suæ professionis annis S. Bibliis adhærentem, vid. supra dicta §. 10. adversus Sophistas ac Theologiam Scholasticam vel solum [ sed quantum quæso hoc susceptum onus? ] disputasse. *Conf. Matthes. Conc. 1. de Luth. p. 9. b. & Tom. 1. Ep. 27.* cum circa hæc tempora fraudulentis indulgentiarum mercatus à *Leone X* instituerentur, & per *Job. Tezelium* (ab Episcopo Moguntino præcipuè tunc jussum vid. *App. T. 9. Altenb. p. p. 1565.*) præ aliis peragerentur, *A. 1517. in vigilia omnium Sanctorum propositiones quasdam ad valvas templi Arcis ab omnibus Sanctis denominati affixit, easdemq; ad publicam disputationem proposuit, quæ exstant. Tom. 1: Altenb. fol. 14. b.*

§. 17. Quid *Tezelium*? Juterbogæ tunc commorans, convitiis Lutherum proscindebat, ac velut hæreticum damnabat, vid. *Matthes. Conc. de Luth. p. 11. b.* adsurgente simul, (quamvis, quod mirari subit, nemo Adversariorum partes publicè disputando, subierit) *Conrado Wimpina* ( præterquam quod *Tezelius* ipse Theses contra scripsisse perhibeatur) *D. Theol. Scholastica Francof.* cujus theses scriptæ reperiuntur *Tom. cit. f. 18. Johanne Eccio, Sylvestro Prieriâ, Jacobo Hochstrat,* aliis infallibilitatem Papæ urgentibus, ac Lutherum damnantibus, tanquam Hæreticum pessimum, ut de hoc Lutheri auctu accepto *Albertus Krantz,* paulò ante obitum, nuncio dixisse feratur.

tur: *O frater Martine, abi in Cellam tuam & dic Miserere mei Deus,*  
*vid. Chytr. Saxon. L VII. p. 196.*

§. 18. Nam Leo Pontifex ægrè ferens suam in dubium vocari  
autoritatem Lutherum Romam ad examen citabat, vinctumq; ac  
captivum sibi tradi ab *Electore Friderico* petebat, non obtinens tamen  
quicquam, renuente cum *Electore* conventu, cum *Cardinale Cajetano*  
*Augustæ* Lutherus agens, nihilq; eorum, quæ juxta *Scripturam* di-  
xerat revocare sustinens, quicquid *Cajetanus* promiserit, à *Pontifice*  
*excommunicabatur* & unà cum libris suis igni adjudicabatur. *vid.*  
*Matthes. Conc. de Luth. 2. p. 13. seq. contigit verò A. 1518. M. Octobr.*  
Quid Lutherus ad hæc? Brutum fulmen parùm æstimans, *Witteber-*  
*gam* reversus, heroicò animo *Bullam excommunicationis non tantùm*  
*d. jus quoq; Pontificium* (quod de *Theof. Tez. affirmandum non est, vid.*  
*Ep. ad Judocum Isnac. 47. T. 1. p. 61.) Wittebergæ; A. 1520. A. 10. Dec.*  
*collatâ prius re cum Spalatino, & convocatis ad eam rem studiosis, com-*  
*burebat, illud Samsonis addens: Quemadmodum fecerunt mihi, ita*  
*feci eis. Conf. Tom. 1. Altenb. f. 120. a. It. fol. 539. b. T. 1. Epist. p. 273. &*  
*p. 294. ubi restatur combustionem expeditam esse, Matthes. Conc. 2. de Lu-*  
*th p. 20. b.*

§. 19. Inde in Lutheri perniciem nihil non moliebatur *Ponti-*  
*fex; nomen ejusdem bullæ Cœnæ dominicæ execratorie infarciens; vid.*  
*B. Matthes. l. d. p. 21. seqq.* ipsius *Imperatori* ac aliis invisum reddens,  
id efficiebat, ut *A. 1521. ad Comitata Wormatiensia*, quæ *Imp. prima*  
*erant*, per *Legatum Cæsareum* evocaretur, concessio salvo conductu,  
rationem doctrinæ *Hæreticæ*, ut opinabantur, redditurus, ac pa-  
inodiam cantaturus, cui obtemperabat quidem evocationi, quicquid  
*dissuasionis adjecerint Amici Oppenheimenses*, (quod scripta ejus jam  
tum essent damnata) quibus respondebat. *Vocatus intrabo Wormati-*  
*am, Christus enim vivit, invitis omnibus portis, inferni & potestatibus*  
*âeris. Conf. T. 1, Alt. f. 719. a. & 734. a. T. 1. Epist. Ep. ad Spalat. 221. p.*  
*314. b. Matthes. Conc. 3. de Luth. p. 24;* palinodiam vero *Pontificis*  
frustra à *Luthero* quærentibus, cum *asseclis & defensoribus* ejusdem  
sententiæ publicè *proscribebatur* à *Cæsare. Vid. Reichs Abschiede &*  
*Hist. Cœlestini p. 3.*

§. 20. Cernens *Elector potentissimus* periculum haut exiguum,  
quod tamen non advertibat ad eò *Lutherus, sine metu regrediens*  
*Witte-*

*Wittebergam*, Lutherum in arce quâdam, non procul ab Isenacô sitâ, cui nomen cessit *Wartberg incolumem* (constitutis, qui sub hostium specie in itinere, tempore nocturno, ipsum susciperent, & illuc abducerent, duobus sanguine nobili oriundis) *servabat*, quam Arcem Pathmum & Eremum suum vocabat. Num rei sic gestæ scientiam antea habuerit Lutherus, disceptant, res decidi potest ex ipsiq; epistolis. *T. 1. Epist. Ep. 228, id certum, lubentius liberum B. Virum fuisse, quod tum ex Epist. 226. ad Philippum, tum ex Ep. 227. ad Agric. tum Ep. 250. ad Gerbell. apparet, quamvis de cæterô lectis S. Bibliis Ebr. labores plures & susceperit, & hic absolverit. Vid. T. 1. Altenb. f. 741. b. f. 756. a. f. 783. f. 856. a.*

*S. 21. Interim Carolstadius Iconoclasta, Juris Civ. Criminator, Sacramentarius & Semijudæus, vehementiâ suâ, Lutherum, vix decem Menses absentem; revocabat, in sciô Electore, & re cum aliis prius non collatâ, Wittebergam redeuntem, solâ Religionis causâ permotum. Quomodo se huic & aliis fortiter ac intrepidè opposuerit nunc exponere ob prolixitatem non possum. Nec quid in Comitio Norimbergensibus A. 1522 & Ratisponensibus A. 1524 aut quomodo Sacramentarius post Carolstad. Tigurinis se opposuerit, trado, saltem illud adjicio, calumniam esse, dum Lutherus Autor motuum à Rusticis Thuringiacis, duce Thoma Müntzer, tentatorum, confingitur.*

*S. 22. Vides vel ex his, nec enim ad alia facta heroica recitanda excurrere possum, quæ vid. apud Matthes. per totum L. cit. B. Hunn. & D. Müll. instinctum verè divinum, dum cernis, unum tot Principibus & ipsis infernalibus furiis se objecisse. Nec verò felicitate, quæ quàm maximè requiritur, fufis quotidie calidissimis precibus, de quibus vid. Vitus Dieter. in Lit. ad Phil. melancht. T. 5. Alt. f. 244. & Matthes. Conc. 8. f. 83. destituebatur; Præterquam enim quod bene faventes sibi haberet Electores, ac conventus sui fratres, præterq; hos mox Pomerania, Borussia, Livonia, Brema, Magdeburgum, Halberstadtium, Hamburgum, Goslaria, &c. vid. Chytr. L. cit. & L. XI. ejus doctrinam admitterent, contra tot promissiones, à Pontificiis factas, si revocaret, vias Principum Catholicorum, machinationes Papæ & Furiarum infernalium, obtinebat, ut postmodum A. 1530. in Comitio publ. Augusta Vindel. Doctrina hac sua à Protestantibus publicè exhiberetur, & ab eò tempore, usq; ad hac nostram per Dei gratiam vigeret.*  
*Conf. Aut. Cit.*

§. 23. Felicitatem quippe hanc & *Celeritas* excipiebat, multum in Heroë commendata *Conf. Rudr. Inst. Erb. l. c. Ax. 5. p. 376. Weiss. l. c. alii. quæ ex dictis* partim elucet, partim ex eò constat, quod brevi temporis decursu, paucis sibi datis adminiculis libros in exhausti ferè laboris aggressus sit, & felicissimè absolverit, ut vel adversarii largiuntur.

§. 24. Nec minus summâ inclytus erat B. Lutherus *constantiâ, tum in purâ doctrinâ asserenda, tum adserta defendenda & propugnandâ Conf. §. 18. & 19.* Hanc, plura enim, quæ ex omnibus actionibus eluxerunt; allegare non possum, probatam dedit Georgius à Freundsbergk, Vir bellicis Virtutibus clarus, Lutherum, jam Comitibus intrepidè ingressurum *Wormatiensia, suaviter sic alloquens: Münchlein/ Münchlein/ du gehest ietzt einen Gang/einen solchen Stand zu thun/ dergleichen Ich und mancher Obrister/auch in allen unsern ärgesten schlacht Ordnungen/nicht gethan habens; Bistu auf rechter Meinung/ und in deiner Sachen gewiß/ so fahre in Gottes Mahmen fort/und sey nur getrost/(uti te jam præbes) Gott wird dich nicht verlassen. Conf. Spangenb. Adelsp. P. 2. f. 54. a. Quæ de Inconstantia urgent Pontificii, probabunt ad Calendas Græcas, vid. Excell. Dn. D. Tenz. ein gründlicher Rettungen der Luther. Kirchen Cap. 4. p. 564. & p. 621. B. Hunn. Matthes. ll. cc. & in primis Mull. qui & allegat Adversarios ipsosq; refutat l. c. C. 21 p. 277. seqq.*

§. 25. Hæc omnia *Opas mirandum, & extra vulgares humanas* conditiones positum excipit; *Reformatio sc. s. purgatio sincera Ecclesie* à deterrimis Papalibus erroribus, in quâ summâ felicitate adhuc tum per Dei gratiam stamus, frementibus, sine tamen viribus, non tantum Christiani, sed Lutherani etiam, *γνῶσις* talis, nominis hostibus. Quam licet vitæ externæ ratio nec juvare nec corrumpere potest, ut supra ostendi; tamen nec inde macula ulla est eam aggressa, *cum vitæ sanctimonie perpetuò studeret.* Præterquam enim quod constantissimum in omnibus retineret ac infractum animum; *vid. Matthes. Conc. 7. p. 64. laboribus sibi convenientibus deditissimum. Conc. 10. p. 101. lapsis proclivis erat ad condonandum; Conc. 11. p. 117. 6. Contentus paucis, pauperibus benefaciebat, Conc. 12. p. 136 6. Abstinens à facetiis scandalosis, Conc. ead. p. 130. à fide fruebatur firmissimâ. Conc. 8. p. 84. 4. negle etis Papâ, & miserè sub hujus servitio contentis. Conc. 15. p.*



175. a. Deo vindictam concedebat. *Conc. 6. p. 51. b.* Zelum fovens, sufficientes habebat causas; *Conc. 7. p. 69. a. & Conc. 14. p. 159. a.* Conciones aliorum ardentem audiens. *Conc. 12. p. 134. b.* Confessionibusq; privatis ac S. Synaxi sæpius utens *Conc. & p. eadem*, ita firmabatur, ut perceptis rebus adversis, audentius contra eundo, hilaritatem non exiguam præ se ferret. *Conc. 12. p. 135. a. reliqua non tango.*

§. 26. Calumniantur hic iterum Sanctam B. Megalandri vitam Pontificii audacter, præcipue quod scortis admodum fuerit deditus, computationibus, scurrilibusq; sermonibus. *Vid. Catalogum horum nebulonum apud D. Müll. Citatum variis in Capp. Ast nil probant, & si viri sunt, probare quæso vel probabilibus rationibus auspiciuntur. Huc & ea spectant convitia, quæ in castissimum legitimumq; ejus matrimonium A. 1525. ætatis suæ 42. contractum, magno conjiciunt numero: Quæ cum persequi non possim; vid. apud matthes. Conc. 5. de Luth. p. 43. b. D. Müll. Luth. def. l. 7. p. 79. seqq. Dn. D. Tenz. l. c. C. 4. p. 253. seq. & 262. It. Cap. eod. p. 513, qui ipsum sufficienter defendunt.*

§. 27. Superatis omnibus difficultatibus heroicè, exitum felicissimum est nactus B. Lutherus, moriens Islebii, ter repetito illo (præter precat. prolixiore ardentissimam, consignatam à Matthes. Conc. 14. p. 166. a.) *Davidis: Pater in manus tuas commendo Spiritum meum; redemisti me Deus veritatis! summâ animi constantiâ atq; fiduciâ, piissimè, presentibus D. Justo Jona, M. Michæle Celio, & Jobanne Aurifabro, quorum de morte relationes vide Tom. 8. f. 853. a. ipso Concordia die, 18. Februar. & Ann. 1546. Islebii, vid. Matthes. Conc. 7. p. 70. b. Conc. 14. p. 166. b. D. Müll. Luth. def. C. 29. p. 361. seqq. Quam beatissimam mortem, uti ipsam vitam, nefandis rursus criminationibus atq; calumniis onerarunt, Pontificii. Botz L. 23. de Sign. Eccl. C. 3. Greif. T. 1. def. Bellarm. Col. 855 Claudius Santes Repet. 1. de Euchar. C. 10. Brendenbach. Colloq. S. L. 7. C. 39. Serk. Conc. 2. in profest. trium Regum p. 94. Eder. in inquisit. p. 186. Cochl. de Actis Luth. p. 309, nequam alii, testium more, contra piam Susannam, resumendoq; veterem calumniam, quam de Morte sua vivus adhuc ipse B. refutavit Lutherus, vid T. 8. Jen. Germ. p. 207. nihil ergo aliud addo, quam hoc, Satan Mentiris! Quid cum sepultura contigerit non tango, cum apud citatos autores profest, & hic Wittebergæ cineres beatissimi in templo ad Arcem sint reconditi.*

§. 28.

§. 28. Satis de Luthero: Heroëm ordine aggredior; Cujus Etymon si primam partem respicias nos penitus non moratur. Conf. interim *Rudr. Inst. Eth. P. 3. C. 13. Ib. 1. § 2. p. 262.* alii. In universum autem (de hoc enim differendum mihi esse intelligo) Heroicæ virtutis genus inter gentiles erat *duplex, Poeticum*, eorum nimirum, quos Poetæ ex semisse Deos, ex altero semisse homines fingebant, ut multiplici carmine admirationem in auditoribus suis excitarent, eosq; ad sequendam fortitudinem instigarent, vel quod summos in suæ gentis principes Viros conferre honores certarent. *Vid. Rempleniùs expones Eustathius ad Iliad. α. v. 4. Et Aristotelicum vel Philosophicum*, competens iis, qui reverâ per excellentiam virtutum, apud omnes homines acqvirebant, ut honoribus non modò suis, sed etiam planè divinis interdum ornarentur. Illi scilicet, qui insigni prudentiâ, admirabili alacritate & constantia, difficiles & arduas, sine defatigatione, incipitas & periculosas, singulari felicitate, res gesserunt, ut ideò propius ad Dei perfectionem ascendere, quàm ad humanam imbecillitatem se demittere viderentur. *Conf. Arist. L. 7. Eth. C. 1. Plin. L. 11. Hist. N. C. 7.*

§. 29. Prius genus (& si Poëtarum fabulæ non levia quædam & frugis expertia sint otiosorum hominum commenta sed sub eis velut involucris omnis doctrina elegans, omnisq; deniq; sapientia contineatur, Atq; adeo quid veri subsit, eruendum, *Vid. Picoll. grad. 6. C. 2.*) Mitto, ad sumptò tantum posteriori; Sub quò Heroës adhuc constituendos esse existimo triplicis differentix: *Minus propriè dictos*, quorum præclari artifices spectant, qui aliquâ arte in primis excelluerunt, & insigne aliquod beneficium in genus humanum contulerunt. *Magis propriè tales*, qui splendore virtutum Theologicarum à Spiritu S. accensarum communem hominis conditionem superarunt, in quorum numero ii censentur, qui in Dei fiduciâ atq; dilectione frimiter perseverarunt; martyres pariter, qui pro coelestis doctrinæ veritate ad mortem usq; decertarunt. *Et propriissime sic dictos*, qui virtutù moralium gemmulis præsertim difficilium corruscant; & quidem illarum, quæ hominum vires excedere, divinamq; facultatem exposcere videntur.

§. 30. *Ultimos hic in primis attendo non, neglectis prorsus mediis*; quamvis enim hos heroës nunc upari ecclesiastici sermonis usus non

non permittat, rectè monente *Augustin. L. 16. de Civ. D.* Ac virtutis finem non consideremus in respectu futuræ, sed præsentis vitæ, nec virtutem Heroicam, tanquam habitum simpliciter infusum consideremus; *unum tamen vel alterum hic datur, quibus Heroibus propriè dictis accedunt proximè.* Primos simpliciter excludo, quod ab iis ut talibus, omnis moralitas penitus absit. *Vid. B. Jac. Mart. Cent. 5. qu. illustr. disp. 6. qu. 6. B. D. Wendler. Phil. Pract. L. 2. Sect. 1. C. 12. Piccol. l. c. C. 3. § 4. Libenth. Colleg. Eth. Disp. 14. tb. 3. 4. § qu. 6. Stb al. L. 1. Eth. Sect. 3. C. 4. alii.*

§. 30. Ipsa verò Virtus Heroica *abusivè* accipiendâ non est, ut oppositum vitium sit, deprehensum quandoq; in Tyrannis aliisque, quæ vixerunt quàm pessimè. *Conf. Bartb. L. 3. adv. C. 20. nec γεινῶς* ut quamlibet virtutem notat eminentem, ac præ aliis conspicuam, magnificentiam scilicet & magnanimitatem sed deniq; *ἰδινῶς* pro virtute, speciali Dei influxu obtinens ac communicata, circa quod cunq; demum versetur vel occupata sit objectum. *Vid. B. Matth. Syst. Eth. L. 3. Exerc. 10. tb. 4.*

§. 31. Uti hanc *Græci* *ἡρωϊκὴν ἀρετὴν*, & *ὑπερ ἡμᾶς ἀρετὴν ἡγεμονίαν καὶ θεῶν*, Latini, affectionem divinam, ob causam principalem & similitudinem, vocant: Sic Heroës dicuntur *Semidei*, non aliam ob causam, quam quia supra communes hominum vires ardua sunt adgressi, & feliciter consecuti, unde ad Dei potius similitudinem visi adscendere, quàm ad humanam infirmitatem descendere. Tantum scilicet. Communem hominum sortem excedunt Heroës, *quantum virtutem communem heroica virtus*, ideo mediò locò inter Deum & homines constituendos esse Heroës Veteribus visum est; Natales inde fabulæ de ortu heroum traxerunt, genitos nimirum illos ex consuetudine Deorum cum Foeminis, quas superstitio cultus excepit; *Luciano Heroëm desinente, ἡ ἄνθρωπος καὶ θεῶν οὐκ ἴσται.* *Vid. Wendel. l. c. qu. 5. p. 177. alii.*

§. 32. Virtutem Heroicam, quam dari, tanquam certum, suppono, qui *habitum* dicunt, *B. D. Wendel. l. c. C. 20. n. 5. p. m. 133. Weiss. l. c. Prac. 2. p. 12. alii plures, non errant, cum omnis virtus sit habitus?* Naturam aut ejus genericam *proximam* non expriment, ut attendenti patet. Vocaveris etiam *virtutis excellentiam*, cum *Wendel. l. c. C. 3. Exeg. p. 169. Durr. Eth. Paradigm. P. 2. Sect. 4. C. 1. Aphi. 1. p. 468.*

C

Rev.

*Bev. Theatr. Arist. Doctr. L. X. ad Nic. Arist. P. Poster. Theor. 1. p. 175. Will. Præc. Eth. C. 27. aliisque non peccaveris præcipue si per eam virtutem, ultra communem sortem & gradum, splendidam atq; excellentem intellexeris. Vid. Wendel. l. c. qv. 4 p. 177. Improprè tamen cum non nihil loquaris, aliud substituas monemus vocabulum magis commodum.*

§. 33. *Virtutem ipse allego, quæ proximè rem videtur conficere. Nec enim difficile mihi probatu erit, heroicam virtutem, licet summos gradus obtineat, veram adhuc esse propriè dictam. A definitione ad definitum rectè nos colligere, omnibus conceditur; jam arripiat Virtutis consuetam vel Aristotelicam quis definitionem & applicet, res in vado erit. Quod enim specie ab aliis virtus Heroica differat, principium petit, de quò postea. *Mediocritas* eidem vel ideo denegari non potest, si attenderis extremitatem l. Eminentiam, quam objiciebas, considerari vel *intra virtutes, vel extra virtutis lineam*: Illa non opponitur mediocritati virtutis, sed ei subordinatur, tanquam excellentissimus gradus in illâ mediocritate; Hæc cum vitiositatem notet, opponitur utiq; virtuti ejusq; mediocritati. *De posteriori a. tantum sollicitus esse suscipio, præluentibus Rudrauf. Instit. Ethic. l. c. §. 5. p. 365. Excell. Dn. Walthero Promotore Præceptore ac Patrono nostro Summo. Colleg. MSC. Excellent. Dn. Röhrensee, Præceptore pariter ac Promotore nostro perpetuò observandas, Colleg. MSC. Hornejo Philos. mor. L. 4. C. 5. p. m. 651. seq.**

§. 34. *An verò à Morali & intellectuâli præscindat h. l. Virtus, disceptant autores, Picol. Grad. 6. Phil. m. C. 4. negativam amplectitur, stipatus haud exiguo assentientium numero. Ita verò ille: *Viri sapientes, inquit, qui scientiâ & contemplatione resulserunt non Heroës, sed divini potius dicti sunt. Sapientis enim nomen est altissimum (dixit Plato) & soli Deo convenit. Nec dicuntur in aère habitare sapientes (ut de Heroum genere dixit Plato) neq; in Britannia Insulis (ut retulit Plutarchus) sed dicuntur elevati supra cælum, (ut in Phædro idem Plato affirmat) propterea minus rectè ut censeo, etiam in contemplatione reperiri putarunt heroicam Virtutem, & dixerunt, sapientiam esse heroicam contemplationem. Verùm hæ rationes tantæ non sunt, ut ideo in illam sententiam eamus, inquit Dec. p. t. *Speclab. Excell. Dn. Stolbergius, Præceptor ac Promotor noster colendiss. Diss. de Virt. Heroicâ***

*dudum*

dudum hic habitâ ; Qu. 2. Non minus in virtute intellectuali sunt, & à Deo extraordinariè suscitantur Viri excellentes, summi & Eminentes, quàm in morali ; Non minus definitio Virtutis Heroicæ objectum & Exempla Intellectuali, quàm Morali competunt, vel id evincente splendissimâ & eminentissimâ Salomonis sapientiâ Vid. 1. Reg. 3. & 4. Ni- mia virtutum Intellectualium ruditas est feritas, propter quam homi- nes rudes ac indocti apud Aristippum lapidibus comparantur, notan- te Laërtio L. C. 5. Excellens itaq; earum notitia, virtus Heroica appel- lari poterit.

§ 35. Quamvis de cætero inficier nequaquam ; Virtutem He- roicam magis in Moralibus conspicuam esse virtutibus, quæ apud vulgus imperitum majorem admirationem movent, quàm In- tellectuales, eò, quod illorum actus omnium oculos feriant, harum verò excellentia in mente tantum possessoris clareat ; Accedit usus pariter ac modus loquendi, in eò occupatus, ut excellentem Moralem, non Intellectualem virtutem heroicæ virtutis titulo atq; honore affi- ciat, ut de objectis quædam, quæ benè possent, ulterius non moneam. Vid. Excell. Rudrauff. l. c. §. 6. p. 364.

§. 36. Hominum autem, uti ordinariè nulli : Ita extraordina- rie non solis viris competit atq; Christianis vel fidelibus : Sed etiam (1) Fœminis : Quod si enim eas facit natura solertes, industria literatas, educatio piæ, experientia sapientes, quidni & reliquarum virtutum sublime exercitium Heroas ? Quibus opposita competit feritas, iis & virtutem oportet competere Heroicam. Fœminis. E. Quod probari ex Diodoro L. 4. C. 3 de Hecate, & Floro, L. 4. c. 12. d. mulieribus Ve- terum Germanorum potest. In quas itidem Virtus cadit vulgaris in eas etiam cadere extraordinaria potest ; Detur enim repugnantia ratio sufficiens. In Fœminas. E. Quis quæso inter Héroinas non numerat celebratas in Sacris Deborah, Jælem, Juditham ; In profanis Ama- zones, Gorgonides Lybicas, Semiramidem, Tomiridem, Lacenas mulie- res, Cynaneam Philippi Filiam, Artemisiam, Taniam, Teucam Illyrico- rum Reginam, Camillam Volsorum Reginam, Amalantham, Gottho- rum Reginam, Mauriam Saracenorum Reginam, Malhildem & Elisa- betham, Anglorum Reginas, de quibus consulatur Theatrum Zwing. Quorsum etiam, si vitam ante actam respiciam, Johannam Anglica- nam refero, omnibus virilis sexus dotibus ornatissimam, quæ virilem sexû mentita

mentia A. C. 855. in Pontificatu Rom. Leoni IV. unanimi Cardinalium suffragio, successit, ac postmodum ad processionem egressa, in viâ publicâ peperit, in ipsô partu extincta. Vid. Gabr. Ponel. probans hoc ex 65. Pontificis Hist. & Chron. de Anni Christi L. 1. C. 27. d. 7. Coelius Rhodig. A. L. lib. 14. C. 1. Nec mirum hoc, cum Heroem non tam natura, quam extraordinarius divinus impetus faciat, ac virtus diversitatem non attendat sexus. Vid. Lips. in Pol. L. 2. c. 3. Piccol l. c. C. 10 p. 546. Geilf. Eth. Exerc. 16. n. 15. p. 178. seq. Vernul. Instit. mor. L. 3. tit. 7. C. 3. Crüger. Hort. Virt. qv. 90. p. 249. seqq. Excell. Rudrauf. l. c. q. 3. 368. Wendel. l. c. qv. 6. p. 177. seq. alii.

§. 37. Quæ urget in contrarium Aristoteles. L. 1. Polit. C. 4. Nullâ se: ratione hanc mulierum virtutem esse posse, vani sunt, sine rationibus, sonus. Nec movent, quæ in ipsas immerentes quandoq; conjiciuntur scommata. Aristippus Mulierem parvam ac pulchram conspicatus, dixit; parvum pulchrum magnum malum. Lacon ex mulieribus parvam sibi eligens, ut haberet minimum malum, causam dabat. Simonides, uxorem definivit, Viri naufragium, domus tempestatem, quietis impedimentum, vite captivitatem, quotidianam pœnam, pugnam sumptuosam, bestiam contubernalem, canem ornatam, malum necessariû. Aristophanes, feram in expugnabilem nuncupavit, suffragantibus Seneca & Philemone, quorum illi dux malorum ac scelerum est, huic verò malum perpetuum. Aut enim de omnibus sine discrimine mulieribus loquuntur, quo pacto summam iis inferunt injuriam; Aut de virtuosis omnibusq; decentibus dotibus suis instructis, quæ in modum atroces sunt calumnie; Aut deniq; de mulieribus nequam, omniumq; iniquitatum perpetuis candidatis. Sic verum ipsos perorasse fateor, nobisq; prorsus non contrariari, quis enim in his tantam lucere virtutem adserat, quæ nequitiae quoad usq; student?

§. 38. Nec verò inde promiscuam publicorum munerum administrationem indiscriminatim ipsis transcribo; Nec utriusq; sexus exæquationem induco. Mulier ad lanam & eolum, quam ad gerenda publica, videtur aptior; De quô canit Ovidius; Quid mihi Bella? Aptior est digitis lana colusq; meis. Deus non Virum sed Mulierem Caput voluit Familia. Recte J. C. r. ob judicii defectum, multasq; alias infirmitates, non tantum ab officiis Civilibus, sed successione etiam Feudorum excludunt regulariter. Vid. Jacobinus de S. Georg. t. 2. feud.

2. feud. p. 63. Mynsing. Cent 6. Obs. 100. n. 9. Valt. num. 9. de feud. c.  
4 n. 10 Barthold. de feud. cap. 1. n. 10. Viris deniq; quam foeminis potius  
ac saepius contingere, inficias verimnunquam, quod Experientia, Ex-  
emplorumq; varietate & pluralitate possim aliàs sufficienter refutare  
Conf. Rudrauf l. c. B. Matth. Syst. Eth. L. 7, Exerc. 10. qv. 1.

§. 39. (2) Spuriis, quos uti nativitas fecit ignobiles; ita virtu-  
tes eximios & præcellentes fecere. Equidem abjecta admodum &  
contemptibilis fuit Spuriorum conditio olim in Dei (ut conjugium  
santum rectum conservaretur & impurae libidines coërcerentur) po-  
pulo vid. Deuter. 23. 2. Sap. 3. 16. 17. Eccl. 23. 32. 33. ut inde adeò non  
pauci dubitent, num Jephtha ex illicito concubitu fuerit natus. Ast  
cum virtutes ad certum statum aut naturalem conditionem non ad-  
stringantur, nec leges istæ de Spuriis in Ecclesiam l. Remp. non ad-  
mittendis, Deo, à quò virtus Heroica est primariò, sed hominibus,  
quoad ordinarium modum sint præscriptæ, salvis legibus istis ex-  
istimo, non solum Spuriis [virtutum exercitio semper deditis] vir-  
tutem Heroicam posse competere, sed extraordinariè quoq; Reip. ge-  
rendæ, propter virtutes excellentes, posse admoveri; Ut tot exem-  
pla taceam, à Zwing. in Theatr. Vol. 3. f. 1059. consignata. Conf. B.  
Walch. Harm. Bibl. ad Loc. Jud. 11. v. 5 p. m. 349. seq. Rudrauf. l. c. qv.  
4. p. 370. seq. Wendel. l. c. q. 7 p. 178. seq.

§. 40. Gertilibus, solà lucana natura utentibus. Cum enim ipsis  
reliquæ non repugnent Virtutes, ut experienciã notum, quæ, & si  
respectu Subjectorum, in se tamen nec peccata sunt, nec Deo dis-  
plicent. Vid. B. Chemnit. Conc. Trid. p. 1. de Oper. in fid. p. 111. seq. D.  
Hutt. LL. CC. Theol. p. 385. seq. & p. 481. B. J. Mart. vernünfft Spiegel  
L. 2. C. 57. p. 1255. seqq. B. Gerb. T. 2. LL. CC. de Lib. Arbitr. C. 8. n. 130.  
seqq. & Tom. 4. de B. O. num. 8. B. Meism. Philos. Sobr. P. 3. Sect. 1. C. 3.  
qv. 4. B. Walch. Diss. 3. de Not. nat. th. 19. & 21. B. Danbaw. Hodom.  
Sp. Pap. Phantasm. 9 p. 297. Misl. Syn. Theol. D. 12. §. 2. Nigrin. Tr. de  
de Impl. leg. C. 4. Cl. 3. obj. 6. p. 155. Scheurl. Phil. Mor. Diff. 9. th. 31.  
seqq. Spanb. Vind. Bibl. L. 1. l. 26. Matth. 5. 46. Berkring. Inst. Eth. L. 2.  
c. 2. Rudrauf Inst. Mor. P. 3. Cip. p. 150. Wendelin. Phil. Mor. C. 3. alii.  
Ergo nec Virtus Heroicà iis repugnabit. Vid. præter exempla Will. l. c. p.  
284. Excer. Rudrusf. l. c. §. 8. p. m. 364.

§. 41. Pueris (præter homines manifestè vitiosos) tribuere hanc virtutem non fuerim ego ausus. Habeant indolem Heroicam, quæ & maturè se prodat, & radios excellentiæ spargat, non negaverim. De perfectâ virtute Heroicâ non sine ratione dubito; Hæc sane (nisi Deus prorsus extra ordinem, & per suam potentiam absolutam agere velit, quod tamen nec hic simpliciter facit) ætatula, sic loqui cum non nemine liceat, tantæ virtuti impar est, & saltem *ἡ ἰσπίδα*. Vid. B. Nic. Hunn. Exerc. Eth. 10 p. 212. seq.

§. 42. Causam itaq; hujus extraordinariæ Virtutis principalem Deum allego, ejusq; specialem influentiam, impulsum vel afflatum; Non quidem raptum immediatum ac violentum, afflatumq; simpliciter fanaticum: Sed ordinarium ac mediatum, respicientem nihilominus adhuc causas secundas, quas disponit ac instruit ita, ut prægrande ac arduum opus, quod secus præstare non poterant Heroës, perficere & absolvere queant feliciter, hoc addens ponderis, ut conatum, ad quem instigat, potenter juvet, & extraordinariè sic elevet, ut finis insperatus felicissimusq; eveniat. Quem extraordinarium impulsum (si de Virtute H. in abstractâ ratione loqui velim) non ad solas fideles restringo, quod Heid. Eth. suâ p. 405. facere videtur; Cum & in Gentilibus, qui sane hujus virtutis capaces sunt, uti ex plurimis exemplis constat. Vid. l. d. Zwingbr. Wendel. alii. per ejusmodi impulsum & extraordinarium influxum, extraordinarii quid obtineat. Re itaq; præsentè, quis nomen quæso invideat?

§. 43. Heiderus æquidem actiones Dei speciales, ad Ecclesiam solam & ad homines pios ac fideles pertinere, persuasus est. Verum contrarium ex Script. S. Multipliciter demonstrare, modo vellem, possem; Id solum addo, videri confundere Heider. Actiones Dei speciales in genere, cum actionibus salutaris gratiæ. His subscribo: Prioribus non unam ob rationem, meritò contradico; Actiones Dei Generales (habito respectu ad hoc l. illud individuum, non ad totam speciem) non inconcinnè videntur dividi in ordinarias & extraordinarias, quicquid fortè hic moveatur in contrarium. Conf. imprim. Excell. Rudr. l. c. qv. 1. p. 366. seq. Wendel. l. c. qv. 2. p. 173. Sagitt. Exerc. Eth. Exot. C. 16. th. 3. p. 401. seq. Henr. Nicol. Gymn. Eth. Exerc. 6. th. 2. §. 7. Spengl. Exerc. Eth. 12. Art. 1. præc. 1. Rew. l. c. p. 183. Dürr. l. c. p. 470. &c.



§. 44. Virtutem Heroicam in iis, præcipuè refulgere virtutibus  
in quibus ut splendorem exhibeat summum difficilius contingit, ma-  
gisq; supra hominis vires est constitutum, v. gr. in fortitudine, magna-  
nimitate, ac temperantia. *Vid. Wendel. l. c. Qu. II. p. 152. Durr. Eth. Pa-  
rad. l. c. p. 470. Rew. l. c. Diss. 5. p. 177.* & si non negaverim: Tamen in re-  
liquis omnibus etiam obtinere, si in dubium vocare vellem, ut risu  
exciperet, meruissem satis. Eò Encomiò insigniuntur, *Temperantia  
Socratis, Liberalitas Cimonis Atheniensis, Magnificentia Tiberii Drusi,  
Mansuetudo Pyrrhi, Augusti, Tiberii, Humanitas Vespasiani & Ferdi-  
nandi I. Imperatorum, Veracitas Epaminonda, Justitia Catonis &c.*  
*Sola modestia ad motus verè Heroicos adscendere non videtur.* *Conf.*  
*Durr. l. c. p. 470. Rudrauf. l. c. qu. 9. p. 372. B. D. Wendel. l. c. p. 135. Will. l. c.*  
*p. 283. Rew. l. c. Wendelin. l. c. qu. II. p. 182.* Quid de Virtute Intellectuali  
supra affirmavi §. 34. denuò hic inculcatum volo, peculiareq; quid h.  
obtinere existimo, præcipuè si actiones extraordinarias, opusq; ex-  
inde mirandum conspiciamus profectum. *Conf. Rudr. & Wendel. l.*  
*jam. cc.*

§. 45. Quid E. Virtus Heroica à reliquis differat, sine omni dif-  
ficultate jam cognoscitur; Uti enim esse eam cum reliquis simplici-  
ter idem non largior. *Vid. Piccol. l. c. Gr. 6. C. 4. Heider. Phil. Mor. P. 2.*  
*qu. 3. Sagitt. l. c. Barthol. Enchirid. Eth. P. Gen C 9. Havenrent, in Qu. v.*  
*Eth th. 90. Zwingl in Annot. in L. 7. Ric. 1. p. 427 Wallis. Qu. Eth. qu. 10.*  
*Isendoorn Ethic. Peripath. L. 2. C. 19. qu. 2. & Witzend. Eth. th. 186.* Sic  
nec concedo Thomæ 12. qu. 54. Art. 3. *Vid. Vasquetz. ad h. b. differenti-*  
*am specificam, tribus argumentis, ast minus validis, adstructam. Gra-*  
*dualem differentiam promo roboroq; h. m. Virtutes, quæ circa idem spe-*  
*ciè objectum speciale, actionibus saltem intensioribus, occupantur*  
*eandem quoq; definitionem admittunt specialem, non specie sed*  
*gradu solum differre possunt. Virtutes Heroicæ & reliquæ. E. Conf.*  
*Wendel l. c. p. 174. Exc. Rudr. l. c. qu. 2. p. 367. Durr. l. c. alii.*

§. 46. Cum autem Heröes, quò variones, eò sint cariores, Ru-  
dr l. c. Ax. 4. p. 376. A. Deò non singulis annis, sed interdum vix singulis  
seculis excitantur heroica ingenia, heroicis verè prædita virtutibus,  
quoties sc. ipsi visum, reformare vel suam Ecclesiam, vel depravatos  
hominum mores, vel mutare. Respubl. quorsum Moses spectat, Josua  
& Samson, qui Israëlitis fuere Reformatores; Cyrus, qui liberator fuit  
Judæorum.

Judæorum, Alexander M. qui Monarchiam à Persis ad Græcos traduxit, Julius Cæsar, Autor Monarchiæ Rom. Constantinus M. primus inter Imperatores Orthodoxiæ defensor, Carolus M. Germaniam reformans, Lutherus, vindicans, Dei auxilio, Ecclesiam à tenebris papalibus &c. *Vid. Wendel. l. c. p. 169 §. 47.* Cæterum [ vela enim non nihil mihi contrahenda sunt ] tria in universum sunt, quæ integritatem Virtutis Heroicæ absolvunt. (1) *quidem, Impulsus s. raptus divinus*, quam §. 42. jam tum satis declaravi, quemq; in Subjecto excipiunt, cum naturalis inclinatio, solida & honesta educatio, præclaraq; virtutis exercitatio non excludantur *Rudr. l. c. §. 8 p. 364.* (a) *vehementissima perturbatio* (b) *insignis nature ad honestum proclivitas* (c) *fortune favor* (d) *fortuna iniquitas*, (e) *Periculorum Patriæ, Parentibus, & Amicis imminentium sive Corporalium sive Spiritualium magnitudo* (f) *institutionis felicitas* (g) *Crebra heroicorum facinorum in aliis refulgentium cogitatio & meditatio* (h) *spes fame & gloriæ aliquando consequende.* *Vid. Wendel. l. c. qv. ult. p. 183. Circa afflatum Cic. Lib. 2. de Nat. Deor. Sagitt. l. c. th. 3. p. 401. seq. Henr. Nicol. Gymn. Eth. Exc. 6. th. 2. §. 7. Speg. l. c. alii plures.*

§. 48. (2) *Summa Constantia*, quæ non saltem Heros opera, extra vulgarem sortem constituta, cujuscunq; demum generis sint, promptus facilisq; adgreditur; Sed etiam quibuscunq; difficultatibus, sive à re ipsâ, sive à circumstantiis rei, sive à perversis hominibus, sive à propriâ interdum imbecillitate sibi objectis fortiter se exponit, nec prius cessat, quam felix cesserit victor, fridente omni hostili livore & ipsò orco iniquè ferente. *Vid. Wendel. l. c. p. 170.* Non autem in vitium abeat & ipsam vitandam audaciam constantia illa, quæ uti fortitudini, sic etiam Virtuti Heroicæ, ob rationem virtutis, contrariatur plurimum.

§. 49. (3) *Felicitas admiranda*, quæ nimirum præter omnium hominum spem è maximis Heroes eluctantur periculis, in quibus, longè minoribus, tot tamq; multos periisse compertum est, opusq; admirandum prorsus relinquunt. Quibus observatis talem Virtutis Heroicæ definitionem promere possum. *Est virtus qualibet in eminentiori gradu à Deo extraordinariè concessa ad perficiendas res admirandas & extraordinarias; Ita Excell. Dn. Walth. Colleg. M. S. C. accuratè sane ac perspicuè loquitur, cum quò Rudr auf. l. c. p. 361. & omnes illi lo-*  
*quuntur*

quuntur, qui conceptum Contrahibilem proximum allegant, & veram virtutem, ab aliis specie non differentem, admittunt.

§. 50. *A Virtute Heroicâ Heros est, veluti à Doctrina Doctus Itaque præter miranda, quæ producit ac producere debet, opera, ut speciali divino impulsu fruatur, requiritur, sit constans, felicitatemq; comitem secum ducat. In quo tria hæc non concurrunt, is culmen ac fastigium heroicæ virtutis non attigisse creditur Si tamen contendere inter se eadem velis, afflatum divinum extraordinarium primas facile tenere quem excipit constantia: Opportunitates & successus inopinati non sunt in viribus humanis, quamvis & hos Deus ex directione suâ jubeat esse longè felicissimos. Sic enim habet commune, idq; si rectè intelligatur ac exponatur, verissimum porisma. Exitus Heroum est felicissimus. Vid. D. Zapf. Phil. Pr. de Virt. Her. Th. 12. p. 492. Wendel. l. c. qu. 9. p. 579. seq. D. Meng. in Bericht / wie ehemahls tapffere Kriegeshelden plötzliches Todes verfahren / über den Todes Fall Gustavi Adolphi, Regis Sueciae. Quo pacto infelix Heroibus, non ut talibus, & unde, exitus accidere queat, satis evolutum est à Rudrauf c. l. q. 8. p. 372. & Wendel qu. 9. p. 179. seq.*

§. 51. Quæ prolixè hac tenus exposui, nullò negotiò ad B. nostrum Lutherum (propterea enim in abstractâ ratione rem expedi, ut nunc probationes prolixas allegare non teneat) applicabuntur. Hujus five excellentissima ingenii ac maxima dona, unde in ipsum redundarunt, solida rerum Theologicarum scientia, summa Lingvarum notitia, scripturam transferendi peritia, & alia, admiratione & veneratione haud indigna; five actiones Heroicas, quibus admirandum & omnium ferè lingvâ majus Reformationis opus intrepidè est aggressus, constanterq; sustinuit, & ad felicissimum, Deo sic vertente, omnibusq; in admirationem abreptis, deduxit finem, respiciamus sollicitiusq; lustremus, ex utroq; habemus, cur Heroem propriè dictum esse B. Lutherum, juxta exposita, dicamus.

§. 52. Ac cum de iis vel Adversarii sub specie veri ne dubitare quidem possint, summum in virtutibus intellectualibus splendorem non tangam; Loquuntur de eò quævis facta, nil, nisi summam scientiâ prudentiamq; admirandâ in dicantia. Ad omnes se extendere virtutes, virtutem Heroicam monui §. 44. non erraverim ego, si per species iverim, & ante omnia de Lutherò in genere adseruerim, quod ipsi contigerit virtus Heroica (1) in fortitudine, Conf. §. 24. seq. Matthes. Conc. 7. p. 64; soli contra tot principes ac Papæ satellites pugnant. (2) in Temperantia, Conf. §. 25. Matth. variis in locis. (3) In Liberalitate

D

beralitate

*beralitate*, vid. §. eund. (4) *in Modestia*, vid. §. id. (5) *In Magnanimitate*. Conf. §. cit. contemnti sc. externa privilegia Doctoratus sibi subtracta, de quibus supra. (6) *In Modestia & Mansuetudine*, Conf. §. cit. (7) *In veritate*, quod constat, dum toties rogatus, ob summam etiam felicitatem & commoda maxima, à veritate Verbi Divini nunquam recedere voluit. (8) *In Comitatu* vid. §. cit. *Iustitiâ pariter*, & reliquis. De continentia & Tolerantia, quamvis in summo etiam gradu eas habuerit, tale quid prædicari non potest, uti cuilibet ad oculum patet.

§. 53. Arctius ad opus Reformationis mirandum accedo, & circa illud imprimis B. Megalandrum, velut constantissimum Heroem, se exhibuisse demonstro. Argument. *Quod in Opere Reformationis & auspiciando & continuando, & absolvendo* (1) *specialem sensit divinum impetum.* (2) *summam semper exercuit in illo constantiam, ac tandem* (3) *felicitissimum nactus est exitum, is verè ac propriè dici potest Heros.* B. *Megalandus Lutherus*. E. Maj. constat ex §. 47, 48, 49. Quæ enim Heroem faciunt in ratione abstractâ, ea & Heroem in applicatione determinatum facient, aut falsum erit, quod à Quatenus ad de omni bona sit consequentia. Minor nunc roborabitur.

§. 54. Quod concernit *i. M. pro eò repetantur, quæ dicta superius sunt §. 16-21.* & mente solùm diligentius evolvatur, numne ex omnibus, primis etiam, ad Reformationem adhibitis, actibus peculiaris instinctus divinus refulgeat. Ea quæ dixi, tædiosè non repeto: Saltem id adduco, cum & ii, qui vocaverant Lutherum, & Professore, jussu Electoris, constituerant, collatis simul insigniis Doctoralibus, Viri doctrinâ, ætate, atq; excellentiâ clarissimi vocati, atq; Doctores constituti essent, dubio procul in uno vel altero tunc D. Lutherum, uti in autoritate, superantes; & tamen ab Opere Reformationis prorsus quieverint; Instinctum quendam extraordinarium divinum impulisse B. Megalandrũ, ut quod Vocatio, cui toties repetitæ unice innitebatur, in omnibus adversitatibus & tentationibus, requireret, promptus ac constans efficeret, aliis hõc summũ negotium insuper habentibus.

§. 55. Ex mirando prorsus opere illud patet ulterius: Quis quæso pervaderi sibi fuisset passus, cum Lutheri scripta toties publicè exurerentur, ipseq; excommunicaretur, totò insuper Pontificiorum ordine in ipsũ omnia sua venenata tela conjiciente, miserũ hunc Monachũ id esse effecturũ, ut contra omnes insurgens, omnes etiam devinceret. Virtus itaq; Dei erat, quæ, velut Gideoni, res ingenii Corporisq; quæ alias

multum erant infirma, de quibus supra, largiebatur copiosissimas, quibus constanter id efficeret, quod nullus, etiam omnibus summis ordinariis viribus adhibitis, prestare poterat. Hinc in precationibus suis ardentissimis rem Deo sic proponebat: *Causa tua est, non nostra, non mea, ego quod feci, ad actum feci, tu, quod tuo nomine suscepi, defendere potes, imò defendes, cum te ipsum concernat.* Vid. Matth. Conc. 8. p. 84. 6.

§ 56. 2 Memb. §. 24. *Et univ. Reformationis opus confirmant.* Perpendat quis porro secum, quod nunquam cessit, nunquam trepidavit. Totò ferè mundo adversus eum fremente, ipse adversus omnes extitit animosissimus, gratiâ Dei firmatus, bonitate causæ confirmatus, nihil dubitans de veritatis felicissimo successu. Recolat ea, quæ in Comitibus Wormatiensibus, de quibus §. 19. gesta. Lutherus, ut Imperatori, omnibusq; Imperii Rom. Proceribus, in medio quasi inimicorum constitutus, rationem redderet fidei suæ, ad comitia dicta vocatus, nullis persuasionibus, nullis demonstrationibus, eò adduci potuit; ut, sibi consulturus, adventum declinasset, & absentiam excusasset. Sed contemtu omnis periculi dixit, mihi verò, qui vocatus sum, decretum certumq; est ingredi in nomine J. C. etiamsi scirem, tot mihi Diabolos oppositos, quot tegulae totius urbis absolvunt tecta. Urbem ingressus (vid. sup. allegata) se Imperatori ac Principibus exhibuit. Eccio hic Cæs. M. Oratori querenti: *An Libros à se scriptos & in mediò positos suos esse agnoscat, & an quicquam in iis retractare, an verò tueri velit?* Respondit ad prius; quod Ita; Ad posterius ita distinctè cordateq; respondit, ut omnes intellexerint, eum doctrinam susceptam, defensuram ac propugnaturam esse, quod per Dei gratiam etiam ad ultimum vitæ halitum præstitit. Conf. m. §. 18 qui ostendit, nec bellis persuasionibus Cardinalis, nec dirò Pontificis fulmine passum esse Lutherum, ut à firmissimo animi sui proposito dimoveretur.

§ 57. 3. M. præter alios roborat § 26. *Sive a opus ipsum perfectum respicias, sive B. obitum tandem ex utroq; felicitas longè maxima exsurgit.* Quis quæso ex Adversariis credidisset, hunc Monachum misellum tam animosè potentissimis Adversariis repugnaturum, tam constanter veritatem defensurum, tamq; feliciter, sine omni vi externâ, sine ullâ vel minimâ etiam potentiam mundanâ, sed solâ causæ nixum bonitate, lucem à tenebris segregaturum, veritatem à falsò separaturum, orthodoxiam à fermentis Pharisaicis, traditionibus sc. Papal. liberaturum, & per totam Germaniam, nec non alias remotissimas terras disseminaturum fuisse ac propagaturum. Nemo sane, nemo. Vid. §. 17. Et tamen, ope divinâ singularissimâ, summa quædam velocitate, id præstitit.

§. 58. Nec primam manum fortè operi admoovit, vel primas Reformationis duxit lineas, quod ante Lutherum præstitit non unus; Integrum ac completum, piâ semper adm-

19  
530  
OK

admiratione ac veneratione prosequendum, reliquit opus. Ut enim taceam Scripta longè plurima, in quibus Lutherana orthodoxia ita est asserta, ut vel ex iis solis iterum, si reliqua omnia demas adstrui possit. *propterea etiam ab Apol. F. C. publicè approbata sunt Contra Crypto-Calvin. ac alios: Jussu ejus atq; censura, vel proprio Marte pleræq; partes Librorum nostrorum Symbol. quos integros adhuc retinemus, dum adhuc viveret, adornatæ ac constitutæ sunt, quibus contenti sane vivere adhuc tùm possemus, nisi, prælucente Philippo Melanct. Crypto-Calviniani, sub verbis Librorum Symbolicorum virus Calvinisticum vel hinc Wittebergæ longè lateq; sparsissent.* Hinc, ne periret orthodoxia, tantumq; comparatum opus (in quò quidem virtuti Heroicæ Lutheri nil decessisset) triste tandem caperet exitium, *novâ accessione Liber Concordiæ addendus erat, ante hos ipsos 100. A. tum Crypto-tum manifestos Calvinianos cum O. subterfugiis ac hæresibus satis comprimens, quem ob nequissimorum hominum calumnias A. postmodum 83. Apologia excepit, adsertam doctrinam Ecclesiarum Lutherana-rum à Corruptelis & blasphemis Advers. vindicans.*

§. 59. Opus per sesqui seculum (quicquid Spiritus Papisticus ac Calvinisticus inprimis in Loco de Personâ Chr. tentaret) bene habere videbatur, veritate cœlesti ita circumvallatâ, immunitate imperiali donatâ, & à Viris Theologis Celeberrimis fortiter defensâ. *Et haberet sanè adhuc melius, nisi Furia Syncretistica hoc demum seculo, chimericis suis conatibus surrexissent & sinceram Ecclesiam enormiter turbassent. Quibus ipsis tamen etiam cuneus positus est in Consensu Repetitò, Epicrisi de Colloquio Cassellano, & Antapologiâ Venerandæ Fac. Theol. nostræ, ut quamvis militent contra, veritatem tamen cœlestem evertere, cum id ne quidem portæ inferorum possint, nequeant.* En Reformationis opus etiam contra hos impetus adhuc felix, factum, etiam.

§. 60. Ex obitu etiam felicissimum nostrum Heroem esse constat ex §. 26. confirmatusq; (observatis prius illis, quæ in calce Expositionis in Genesin Tom. 9. Altenb. addidit. *Non possum ultra, vires sunt deperditæ, rogate mecum Deum, ut obitu beato filii vitæ mihi abrumpat & ad se transferat*) ex illo in Symbolū electo:

*Hostis eram vivus, moriens, ero mors tua, Papa!*

*Morte enim suâ placidâ, quâ violentâ irritò conatu temper quæciverunt Pontificii, demonstrabat omnia sub curâ atq; tutelâ divinâ se egisse, opus Dei fuisse, veritatem cœlestem se propugnâsse, contra quâ ne portæ quidem inferorum quicquâ efficere potuerint. Inde suis discipulis, ereptâ Pontificiis gloriâ Spiritibus turgentibus prorsò dejectis Animū firmavit, ut in delenda ulterius hæres Pontificiâ Calvinisticâ ac Syncretistica, per virtutem cœlitus communicatâ essent occupatissimi. Quis E. hunc postrema ætatis Eliam, Germaniæ Prophetam, Currum & Aurigam Israël, testimonio Philippi Melanct. Vid. B. Hurr. Conc. C. præfat. Apol. C. 3. nomine & dignitate Heroicâ non judicabit dignū? Concludo verbis Excell. Rudr. l. 6. qu. 10. p. 374. Calumniator taceas, ad-  
stat Judex!*

S. D. GL.

m.c

n Scripta  
foliis ite.  
publicè  
ura, vel  
dhuc re-  
ne vive-  
viniani,  
teberga  
um opus  
caperet  
hos ipsos  
ac here-  
A. post-  
ber ana-

us in pri-  
ti ita cir-  
s fortiter  
mum se-  
ormiter  
epetitò,  
l. nostra,  
umid ne  
n contra

onfirma-  
tenb. ad-  
ut obitu  
lū electo:

ontificii,  
Te, veri-  
um quic-  
iritib9  
us herefi  
commu-  
ermania  
cht. Vid.  
udicabit  
cas, ad-

ULB Halle 3  
004 957 067  


V017







A. C. 1320. L  
 sequitur, non  
 circa A. C. 13  
 1554. B. C. f.  
 evolvere q  
 A. 1542. Fran  
 Rom. Legato  
 T. 1. f. 15. 150  
 num memor.  
 cof. Histor. E  
 Panvinii, &  
 rici à Niem  
 Francof. in 4  
 in 8. alios, in  
 §. 3.  
 doctrinâ ac  
 presso, digiti  
 ceritate, & m  
 Huss, qui dog  
 ad veritatis  
 cessa ab Imp  
 A. 1414. cede  
 Ann. ad rogu  
 dit: Maeti, m  
 fontem) ader  
 tenebimini, ac  
 sufficere nunq  
 f. 559, a. Mat  
 85. a. it. Conc  
 470. B. Gerh.  
 Grets. Comm.  
 cium redolet,  
 huic accedenti  
 mor. Cent. 16

§. 4.

ptam acerbè per  
 atavino. floren  
 254. Edit. Basi  
 ejusmodi vul  
 Comit. Norimb.  
 iani 6. Pontif.  
 lect. Const. Imp.  
 lf. 3. Cti Lectio  
 nsos, Edit. Fran  
 mento Onuphrii  
 ol. in 4. Theodo  
 Contin. Edit.  
 t. Edit. Helmst.  
 t.  
 essent tantas in  
 ne solùm sup  
 riter, famâ, sin  
 for, Johannes  
 tens, eandemq  
 propterea, con  
 Constantiense  
 d. 8. Jul. seq.  
 de Luthero edi  
 nem. respiciens  
 & invitâ audire  
 ntia, quanta sit,  
 341. b. & T. 5.  
 rg Postillen f.  
 cl. Cent. 15. p.  
 ant Pontificii,  
 Papp. menda  
 C. 5. p. 150. a.  
 T. 2. Lect. Me  
 Augustin. Pro  
 vincialis

